

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo m  
cum fonte primo

Principium iure tribuitur homini, cuius causa uidetur cuncta animalia genuisse natura,  
magna et sua mercede contra tanta sua munera,  
ut non satis estimare parens melior an tristior nouerca fuerit.

Ante omnia unum animancium cunctorum alienus uelaminis ope,  
ceteris uarie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, pilos,  
plumam, pennas, scamas, uellera,  
et arbori que cortice interdum gemino a frigoribus et calore tutata est.

Hominem tantum nudum et in nudo humo natali die abicit ad uagitus statim et ploratum,  
nullumque tot animalium aliud ad lacrimas et hoc protinus uite principio.

Plinius ystoriarum mundi libro VII.

Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura,  
magna, saeva mercede contra tanta sua munera,  
non ut sit satis aestimare, parens melior homini an tristior noverca fuerit.  
ante omnia unum animantium cunctorum alienis velat opibus.  
ceteris sua varie tegimenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, saetas, pilos,  
plumam, pinnas, squamas, vellera;  
truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino, a frigoribus et calore tutata est:  
hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abicit ad vagitus statim et ploratum,  
nullumque tot animalium aliud ad lacrimas, et has protinus vitae principio;  
at Hercule risus praecox ille et celerrimus ante XL diem nulli datur.

C. Plinius Caecilius Secundus (Maior), *Naturalis historiae libri XXXVII.*, 7.1.1-2  
(C. Mayhoff ed., vol.2, pp.1-2, ll.5-10, 1-7).